



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Indulgentiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- 17 Exule recurrente ad Ecclesiam, aut alio criminoso, consulatur Episcopus, vel statim moneatur, si veniant illi de repente. *Prou. l. 1.*
- 18 Magistratus secularis non potest dare hospitium militibus in domibus Ecclesiarum, etiam locis laicis, & indirecte tendit in praedictum Ecclesiam. *Congregat. Episcop. 9. Iunij 1617.*
- 19 In crimine haeresis, & in delictis Ecclesiasticorum ne se intromittat Curia secularis sub penis aliis inflicis. *Greg. XIV. Anno 1591.*
- 20 Publici latrones viarumque grassatores, depopulatores agrorum, qui homicidia, & mutilationes membrorum in Ecclesiis, seu cœmeteriis committunt, non gaudent immunitate Ecclesiae. *idem ibid.*
- 21 Neque proditores homicidiae, aut assassinii, vel haeresis, seu laesae Maiestatis in personam Principis rei. *ibid.*
- 22 Traduntur hi Curiae seculari, si requisiti sint Ordinarii. *ibid.*
- 23 Nec extrahantur à locis sacris sine expressa licentia Episcopi; & si locus est exemptus, vicinioris Episcopi. *ibid.*
- 24 Si reculent Episcopi tradere praedictos, tunc minori tumultu, qui fieri potest, extrahantur. *ibid.*
- 25 Et ad carceres ecclesiasticos ducantur, donec ab Episcopo cognoscatur, an ipsi rei praedicta delicta commiserint. *ibid.*  
*V. Casus reservatis. nu. 3.*  
*Clericus. nu. 78. 79. 81. 89.*  
*Fori privilegium. nu. 27. 28.*
- 4 Imò & laicorum inferuentium vicina Ecclesiae. *ibid.*
- 5 Passus quilibet habet quinque pedes, & per 15. digitos. *ibid. nu. 40. 41.*
- 6 Ecclesiae capanna intra 30. passus, quantum inferuit pro seruitio Ecclesiae, gaudent immunitate. *Congreg. Immunit. mense Dec. 1632.*
- 7 Gaudet confugiens, & se immiscens inter eos, qui associant venerabilem Eucharistiam, licet non tangat Sacerdotem, neque hastam baldachini. *DD. cum Barb. loc. cit. nu. 69.*
- 8 Gaudent furtum committens in Ecclesia de re Ecclesiae, etiam Pixide. *ibid. numero 123.*
- 9 Non gaudet mater occidens filium infantem. *Cong. conc. 3. Dec. 1632.*
- 10 Neque qui alium occidit veneno. *ead. ibidem.*
- 11 Contrauenientes constit. Greg. XIV. ex multorum DD. sententia possunt absolui ab Episcopo. *Dian. p. 1. tr. 1. 1. resol. 41.*

## Indulgentia.

- 1 Potest Episcopus nondum consecratus, etiam si non sit Sacerdos, elargiri Indulgentias. *DD. apud Barbof. alleg. 88. nu. 7.*
- 2 Et demandare facultatem eos concedendi clerico, nedum Vicario. *ibid. numero 10.*
- 3 Subditis tantum suis, externis in sua iurisdictione morantibus. *ibid. numero 23.*
- 4 Archiepiscopus etiam per totam provinciam. *Sylu. V. Indulgentiae qu. 5. Quartum.*
- 5 Potest Episcopus concedere exemptis etiam, & religiosis. *Barbof. loc. cit. numero 27.*
- 6 Et sibi ipsi. *num. 28.*
- 7 Potest etiam concedere subditis suis, ut ab alieno Episcopo accipiant Indulgentias. *num. 25.*
- 8 Mortuis dare non potest. *num. 24.*
- 9 Episcopo inferior dare non potest. *num. 17.*
- 10 Potest Episcopus dare Indulgentiam 40. dierum, non ultra. *num. 14.*
- 11 In Dedicaciones Ecclesiae dare potest Indul-

## ADDITIO.

- 1 Spatium 30. seu 40. passuum circa Ecclesiam de consuetudine non seruari docet *Farin in prax. crim. quæst. 28. & de immunit. E. cl. nu. 294.*
- 2 Fallit immunitas hæc in Ecclesiis, que sunt intra ambitum castellorum ob angustiam loci. *Barb. de iure Eccl. l. 2. c. 3. nu. 42.*
- 3 Domus clericorum existentium intra dictos passus Ecclesiae, cui seruiunt, gaudent immunitate. *DD. cum Barb. ib. n. 39.*

- Indulgentiam vnus tantum anni, & in anniuersario eiusdem 40. tantum dierum. *ibid.*  
*V. Ecclesia consecratio. num. 11.*
- 12 Si Dedicetur à pluribus, non vltra annum, nec vltra 40. dies potest dari. Syll. *loc. cit. qu. 5. Secundum.*
- 13 Si detur annus ab Archiepiscopo, & annus à proprio Episcopo, subditi Episcopo biennium habebunt, Conprovinciales vnum annum ab Archiepiscopo. Syll. *ibid. sextum.*
- 14 Si Episcopus dat 40. dies, & successor eiusdem ob eandem causam 40. dies, vtraque non valet. *idem ibid.*
- 15 Durant perpetuò prædictæ Indulgentiæ. *ibid. septimum.*
- 16 An Capitulum sede vacante dare possit Indulgent. Affirmant Syll. & alij Negant Henriquez & alij apud Barbof. *loco citato numero 11. Vide supra Capitulum sede vacante. numero 49.*
- 17 Clausula in Indulgentijs Papalibus; *Dummodo alijs non concesserimus;* intelligitur de alia simili expressa in eadem concessione. Naldus *V. Clausula. Dummodo.*
- 18 Quæstus omnis pro his consequendis prohibetur. Tridentin. *sess. 25. de Indulgent.*
- 19 Reuocata sunt omnes ea, quæ continent quæstus, & manus adiutrices, Pius V. A. 1566.
- 20 Quæcumque Indulgentiæ publicentur ab Episcopo, adhibitis duobus de Capitulo. Trid. *sess. 21. c. 9.*
- 21 Litteræ Indulgentiarum ne affigantur arcibus elemosynarum, sed apud altare collocentur aperta. Prou. 5.
- 22 Et capsula elemosynarum, si ab Episcopo concedatur, remota sit ab altari. *ibidem.*
- 23 Elemosynæ dentur Ecclesiæ, locouè, cuius causa concessa sunt. Prouinc. 4.
- 24 Si colligantur hoc titulo elemosynæ, eligantur personæ spectata fide; & collectæ, de Episcopi consensu, & scientia expendantur in vtilitatem earum Ecclesiarum, pena suspensionis ipso facto ecclesiasticis; laicis autem suppressionis scholarum, priuationis habitus, & alijs arbitrio Episcop. Prouinc. 7.
- 25 Ecclesijs Regularium alias concessa Indulgentiæ non fuerunt sublata per reuocationem earum, quæ concessa fuerunt personis ipsis Regularibus ante Paulum V. Congr. Ep. 21. Aug. 1615.
- 26 Quæcumque habentur, etiam in Ecclesijs exemptis, referantur in librum in Archiuio asseruandum. Prouinc. 4.
- 27 Earumdem Tabellæ in proprijs Ecclesijs habeantur. *ibidem. V. Archiepiscopus. numero 49. Coadiutor Episcopi. numero 14. Concil. Prouinciale num. 113, 114. Doctrina Christiana. numero 14. Eucharistia. numero 52. Quæstiones. numero 46. Regularium iura sub Episcopis. num. 40.*

## A D D I T I O.

Falsæ sunt, quæ sequuntur ex Decreto Romæ impresso 23. Iunij 1635. à S. Rom. Inquisit.

- 1 Quæ asseruntur concessa à Pio V. Principi Senatium.
- 2 Item à Pio V. Magno Duci Etruriæ, & confirmata à Clem. VIII.
- 3 Item à Clem. VIII. Ecclesiæ S. Mariæ Montis ferrati.
- 4 Item Indulgentia Plenaria pro defunctis à Clem. VII. *Matrii 20. Iunij 1606.*
- 5 Item Indulgentiæ fundatæ super reuocationem B. Io. de Cruce piaculari grano, quod dicitur tetigisse vnum ex tribus, quæ sunt apud Papam, Regem Hispaniarum, & Generalem Minorum de obseruantia.
- 6 Item Indulgentia, quæ dicitur concessa à Io. XXII. illis, qui osculantur plantam pedis B. V. prælo datam.
- 7 Item ea, quæ à Papa Adriano VI. dicuntur concessa granis benedictis ad instantiam Card. Lanchinaues Trigermani Brabantini, impressæ Panotmi A. 1611.
- 8 Anno Iubilæi non suspenduntur Indulgentiæ plenariæ concessa pro articulo mortis. *Alph. Leo tr. de Iubil. p. 1. qu. 6. nu. 242.*
- 9 Neque suspenduntur Indulgentiæ pro defunctis, neque altaria priuilegiata. *Idem ibid. nu. 246. 248.*
- 10 Qui ex priuilegio habet vsum mitræ, non tamen potest dare Indulgentias. *Congr. Rit. 4. Mart. 1606.*
- 11 In Ecclesia, in qua exposita est Indulgen-

dulgentia plenaria, non datur ab Episcopo Indulgentia ab eo dari solita; ce-  
remon. Ambrosianum.

Constitutio Pij V. Prou. 3.  
V. Irregularitas nu. 71. 72.

*Inquisitionis Sanctæ officium.*

- 1 **C**onstituatur Episcopus Congregationem Theologorum, & Iuristarum vnâ cum Inquisitore. Prouinc. 5.
- 2 Secretum, silentiumque indicatur iisdem, dato iuramento, vt neque nutu significant, proposita lata sententiæ excommunicatione. *ibid.*
- 3 Notarij idem præstent iuramentum de secreto; custodes carceris, & alij ministri. *ibid.*
- 4 Causarum acta, nec aliud quidquam ad causas attinens; typis edatur. *ibid.*
- 5 Procurator, Aduocatusque dari debet, qui fidei professionem emiseric, & qui omni labe caruerit, suspicioneuê hæresis *ibid.* V. *Fidei Professio. num. 27.*
- 6 Detur facultas in scriptis & cum iuramento de legitima tantum defensione facienda. *ibid.*
- 7 Qui Inquisitorem, Aduocatum, aliosuê ministros Sancti officij, aut denunciatores, accusatores, aut testes in causa fidei præter refecerit, occiderit, verberarit, deiecerit eo ipse est excommunicatus, reseruata absolutione Papæ Pius V. *const. 83. Anno 1569.*
- 8 Item ille qui eiusdem Sancti officij ardes, aut ministrorum, aliasuê res expugnauerit, inuaserit, incenderit. aut libros, litteras, scripta combusserit, diripuerit, interuenterit, asportarit, *idem ibid.*
- 9 Item ille qui ad hæc consilium, auxilium, fauorem præstiterit. *ibidem.*
- 10 Et qui delinquentibus contra officium S. Inquisitionis veniam petere, aut pro illis intercedere tentauerit *ibid.*
- 11 Et qui in carcerem, seu custodiam etiã priuatam effregerit, vinctum extraxerit, seu emiseric, capiendum prohibuerit, captumue eiipuerit, receperit, occluerit, seu facultatem fugiendi dederit, etiã si effectus. non sequatur *ibidem.*
- 12 Alia pœnæ ibidem infliguntur grauisima. *ibid.*
- 13 Promulganda est aliquando prædicta  
*Barth. Ganant. Man.*

A D D I T I O.

- 1 Episcopus terminare potest sine interuentu Inquisitoris, causas superstitionū, incantationum, veneficiorum; & blasphemiarum, nisi sapiant manifesta hæresim. *Congreg. S. Off. 2. Dec. 1602. apud F. Leon. in Thes. Fori Eccl. tit. de sortileg.*
- 2 Omnia gratis in hoc genere expediantur. *ead. 5. Jan. 1601.*

*Interdictum.*

- 1 **P**otest Episcopus ponere Interdictū contra subditos suos, non debet tamen interdicere clericos, aut eorum Ecclesiæ perpetuo, vel ad longum tempus nisi de consensu Capituli. Syluest. V. *Interd. 3. quest. 3.*
- 2 Propter delictum domini vel Capituli, vel alicuius communitatis. *idem. ibid. quest. 5.*
- 3 Et quando officiales laici nolunt remittere clericum ad Curiam Ecclesiasticam. Aufert de pot. *Ind. Eccl. supra laic. numer. 8.*
- 4 Non pro debito pecuniario, nisi contraria adsit consuetudo, cui standum erit. Sylu. *loco cit.*
- 5 Subiacet interdicto ipso facto omnis locus in quo Ecclesiastici compelluntur ad soluenda pedagia, guidagia, vel alia per se, aut per alium de rebus suis, quas non deserunt causa negociandi. Sylu. *Interd. 4. quest. 1. Tertio.*
- 6 Item Ciuitas, quæ committit aliquid in Episcopum suum, vt capiatur, percutiatur, banniatur. *ibid. Quarto.*
- 7 Item quando in aliquo loco detinetur Episcopus inuitus *ibid. Sexto.*
- 8 Item quando dominus loci impedit ne Legatus, aut Nuncius Papæ possit exequi officium suum. *ibid. septimo.*
- 9 Non potest Episcopus suspendere Interdictum pro festiuitate, missa noua, &c. Negant, Ar mant DD. apud Barbof. *allegat. 38. num. 5.*
- 10 Tempore Interdicti quotidie possunt missæ, & officia diuina celebrari, submissa voce, ianuis clausis, non pulsatis

H cam-